

Trin. Non solum nomine contestatus est eum esse Filium; sed proprietate. Multi enim nos filii Dei sumus; sed non talis est hic Filius: hic enim & proprius, & verus est Filius; origine, non adoptione; veritate, non nuncupatione, nativitate, non creatione. *Augustinus* super Joannem (tract. 14.) Pater autem diligit Filium, sed quomodo pater Filium, non quomodo dominus servum, sed quomodo unicum, non quomodo adoptatum: & ideo subditur, *In quo mihi complacui. Remigijs.* (a) Vel si ad humanitatem Christi referatur, si legatur, *In quo mihi complacui*; talis est sensus: *In quo mihi complacui*, quia istum solum reperi sine peccato. Si vero legatur, *In quo mihi complacuit*, subauditur, placitum meum constituere, ut per eum agerem quæ agenda sunt; id est, genus humanum redimerem. *Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 14.) Hæc autem verba & alii duo, Marcus, & Lucas, similiter narrant; sed de verbis vocis quæ de cælo facta est, variant locutionem, salva tamen sententia. Quod enim Mathæus ait dictum, *Hic est Filius meus dilectus*, & alii duo dicunt, „Tu es Filius meus

EX EDIT. P. NICOL. (a) Similia Rabbanus in hunc locum, non in Matth. 12. sicut prius.

CAPUT IV.

- (a) Tunc Jesus ductus est in desertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo. Et cum junctus quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurit.
- (b) Et accedens tentator dixit ei: Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.
- (c) Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia Angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Jesus tursum: Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.
- (d) Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Tunc dicit ei Jesus: Vade Satana: scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. Tunc reliquit eum diabolus; & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.
- (e) Cum autem audisset Jesus quod Joannes traditus esset, secessit in Galilæam, & relicta civitate Nazareth, venit, & habitavit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon, & Nephthalim: ut adimpleretur quod dictum est per Elaiam Prophetam: Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Jordanem Gallilææ Gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.
- (f) Exinde cepit Jesus prædicare, & dicere: Poenitentiam agite: appropinquavit enim regnum caelorum.
- (g) Ambulans autem Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus mitrentes rete in mare: erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relicti restibus, secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre eorum, resicientes

res retia sua, & vocavit eos. Illi autem statim, relicti restibus, & patre, secuti sunt eum.

(h) Et circumbat Jesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Evangelium regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio ejus in totam Syriam; & obtulerunt ei omnes male habentes, varis languoribus, & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos; & curavit eos. Et secuta sunt eum turba multa de Galilæa, & Decapoli, & de Hierosolymis, & de Judæa, & de trans Jordanem.

(a) **C**hrystostomus super Matth. (hom. 5. in opere imperf.) Postquam baptizatus est Dominus à Joanne in aqua ducitur à Spiritu in desertum, ut baptizaretur igne tentationis: unde dicitur: *Tunc Jesus ductus est in desertum à Spiritu.* Tunc, scilicet quando Pater clamavit de cælo, *Hic est filius meus dilectus.* *Chrystostomus* in hom. 13. Quisquis ergo post baptismum majores sustinet tentationes, non turberis: etenim propter hoc accepisti arma, ut non vaces, sed ut prælieris. Ideo autem tentationem à te Deus non prohibet, primum quidem, ut discas quoniam multo factus es fortior; deinde ut magnitudine donorum non extollaris; tertio ut diabolus experientia cognoscat quod perfecte ab eo abscessisti; quarto ut per hoc fortior reddaris; quinto ut crediti tibi thesauri signum accipias: neque enim diabolus superveniret tibi ad tentandum, nisi te in majori honore effectum videret. *Hilarius* (can. 3. in Matth. fere in princ.) In sanctificationis enim maxime diaboli tentamenta grassantur, quia victoria ei est magis optata de sanctis. *Gregorius* in hom. (16. in Evang.) Dubitari autem à quibusdam solet à quo spiritu sit ductus Jesus in desertum, propter hoc quod subditur: *Assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem.* Sed vere, & absque ulla questione convenienter accipitur ut à Spiritu Sancto ductus esse credatur, ut illuc eum suus spiritus duceret (1) ubi hunc ad tentandum spiritus malignus invenit. *Augustinus* in 4. de Trin. (cap. 13. ante med.) Cur supersum quoque tentandum præbuit? Ut ad superandas tentationes mediator esset, non solum per auditorium, verum etiam per exemplum. *Chrystostomus* super Matth. (hom. 5. operis imperf. in initio.) Est autem ductus à Spiritu Sancto, non quasi minor majoris præcepto: non enim solum ductus dicitur, qui alicujus potestate ducitur, sed etiam ille qui alicujus rationabili exhortatione placatur: sicut scriptum est de Andrea, quod invenit Simonem fratrem suum, & adduxit eum ad Jesum. *Hieronymus* super Matth. (in init. Com. in cap. 4.) Ducitur autem non invitus, aut captus, sed

S. Thom. Oper. Tom. VIII.

(1) Al. quo. (2) Al. incarnatus in mundo. (3) Al. Dorohim. P. Nicolai in editione Herboldensi habet Dammam.

voluntate pugnandi. *Chrystostomus* (hom. 5. operis imperf.) Ad homines enim diabolus vadit, ut tentet eos: quoniam autem adversus Christum diabolus ire non poterat, ideo contra diabolum Christus processit; unde dicitur, *Ut tentaretur à diabolo. Gregorius* in hom. 16. Sed sciendum nobis est, quia tribus modis tentatio agitur; suggestionem, delectationem, & consensum: & nos cum tentamur, plerumque in delectationem, aut in consensum labimur, quia de carnis peccato propagati in nobis ipsi etiam gerimus unde certamina toleramus; Deus vero, qui in utero virginis (2) incarnatus, in mundum sine peccato venerat, nihil contradictionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit; sed ejus mentem peccati delectatio non momordit; atque ideo omnis diabolica illa tentatio foris, non intus fuit. *Chrystostomus* in hom. 13. sub initio.) Tunc autem maxime instat diabolus ad tentandum, cum viderit solitarios: unde etiam in principio mulierem tentavit, sine viro eam inveniens: unde & sic per hoc etiam diabolo datur occasio tentandi quod ducitur in desertum. *Glossa*, (ord. cir. init. cap. 4. Matth.) Hoc desertum est inter Hierusalem, & Hierico ubi morabantur latrones, qui locus vocatur (3) Dammam, id est sanguinis, propter effusionem sanguinis, quam ibi latrones faciebant: unde & homo cum descendisset à Hierusalem in Hierico, incidisse dicitur in latrones, gerens figuram Adæ, qui à dæmonibus victus est. Conveniens ergo fuit ut ibi Christus diabolum superaret ubi diabolus hominem sub figura superasse dictum est. *Chrystostomus* super Matth. (hom. 5. in opere imperf.) Non solum autem Christus ductus est in desertum à Spiritu, sed & omnes filii Dei habentes Spiritum Sanctum: non enim sunt contenti federe otiosi, sed Spiritus Sanctus urget eos aliquid magnum apprehendere opus, quod est ire in desertum quantum ad diabolum: quia non est ibi justitia, qua diabolum delectatur. Omne etiam bonum est extra carnem, & mundum, quia non est secundum voluntatem carnis, & mundi. Ad tale ergo desertum omnes filii Dei exeunt, ut

P

tententur: ut puta si non proposuisti ducere uxorem, duxit te Spiritus Sanctus in desertum, id est extra fines carnis, & mundi, ut teneris à concupiscentia carnis. Quomodo enim tentatur libidine qui tota die est cum uxore? Scire autem debemus, quod filii Dei non tentantur à diabolo, nisi in desertum exierint; filii autem diaboli in carne, & mundo constituti confringuntur, & parent: sicut bonus homo, si uxorem habuerit, non fornicatur, sed sufficit ei uxor sua; malus autem etiam habens uxorem, fornicatur, & non est uxore contentus: & sic in omnibus invenies. Filii ergo diaboli non exeunt ad diabolum, ut tententur. Quid enim opus habet ad certamen exire qui non desiderat vincere? Qui autem gloriosiores sunt filii Dei, extra fines carnis exeunt contra illum, quia victoriae gloriam concupiscunt. Propterea & in hoc Christum exit ad diabolum, ut tentaretur ab eo. *Chrysostronus* in hom. (13.) Ut autem discas quam magnum bonum est jejunium & qualiter scutum est adversus diabolum, (1) & quoniam post baptismum non lascivia, sed jejunio intendere oportet; ipse jejunavit non eo indigens, sed nos instruens. *Chrysostronus* super Matth. (hom. 5. in opere imperf.) Et ut quadagesimi nostri jejunii poneret mensuram, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus jejunavit: unde sequitur: *Et cum jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* *Chrysostronus* in hom. (13.) Non autem ultra processit jejunando quam Moyses, & Elias, ne incredibilis videretur carnis assumptione. *Gregorius* in hom. (16. à medio.) Ipse autem auctor omnium in quadraginta diebus nihil omnino cibum sumpsit. Nos quoque quantum possumus, quadagesimæ tempore carnem nostram per abstinentiam affligamus. Quadagesimarius autem numerus custoditur, quia virtus decalogi per libros quatuor sancti Evangelii impletur: denarius etenim quater ductus, in quadragenarium surgit. Vel quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, (2) per cuius voluptatem præceptis dominicis contrahimus, quæ per decalogum sunt accepta. Qui ergo per carnis desideria decalogi mandata contempnimus, dignum est ut eandem carnem quaterdecies affligamus. Vel sicut in lege offerte debemus decimas rerum, ita ei offerte contendimus decimas dierum. A prima enim dominica quadagesimæ usque ad paschalis solemnitatis gaudia, sex hebdomadæ veniunt, quarum

(1) *Al.* quod quoniam. (2) *Al.* per cuius voluntatem præceptis dominicis contrahimus. (3) *Al.* omittitur nostri.

EX EDIT. P. NICOL. (5) Est in recenti editione ferm. 74. de diversis, & inscribitur, *Sabbato post dominicam 2. quadagesimæ*, notaturque quod hic citatum habes, cap. 2. post medium.

dies quadraginta & duo sunt, ex quibus dum sex dies dominici ab abstinentia subtrahuntur, remanent triginta sex. Dum vero per centum sexaginta quinque dies annus ducitur; nos autem per triginta sex dies affligimur, quasi anni (3) nostri decimas Deo damus. *Augustinus* in Lib. 83. Qq. (quæst. 81.) Vel aliter. Omnis sapientiae disciplina est creatorum, creaturamque cognoscere. Creator est Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; creatura vero partim est invisibilis, sicut anima, cui ternarius numerus tribuitur (diligere enim Deum tripliciter jubemur, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente) partim visibilis, sicut corpus, cui quaternarius debetur, propter calidum, & frigidum, humidum, & sicum. Denarius ergo numerus, qui totam insinuat disciplinam, quater ductus, id est numero qui corpori debetur, multiplicatus, quia per corpus administratio geritur, quadagesimum numerum conficit, cujus partes æquales ad quinquaginta perveniunt: unum enim, & duo, & quatuor, & quinque, & octo, & decem, & viginti, quæ sunt partes quadragenarii simul junctæ, efficiunt quinquaginta. Et ideo tempus quo ingenitissimus, & dolemus, quadragenario numero celebratur. Status autem beatitudinis, in quo erit gaudium, quinquagesimæ celebratione præfiguratur, id est à pascha usque ad pentecosten. *Augustinus* in ferm. de quadagesimæ (4) Non autem quia Christus post acceptum baptismum continuo jejunavit, regulam observationis dedisse credendum est, ut post Christi baptismum continuo jejunare necesse sit. Sed quando acrior certamine cum tentore configitur, jejunandum est, ut corpus impleat de castigatione militiam, & animus impetret de humilitatione victoriam. *Chrysostronus* super Mat. (hom. 5. in opere imperf.) Sciebat autem Dominus cogitationem diaboli, quia volebat eum tentare: audierat enim quia Christus natus est in hoc mundo Angelis prædicantibus, pastoribus referentibus, Magis quarentibus, & Joanne ostendente. Unde Dominus processit contra eum, non quasi Deus, sed quasi homo, magis autem quasi Deus & homo. Nam per quadraginta dies non esurire non erat hominis; aliquando autem esurire non erat Dei. Unde esurivit, ne manifeste intelligatur Deus, & sic diaboli spem tentandi extingueret, suam autem victoriam impediret: unde sequitur: *Postea esurivit.* *Hilarius* (can. 3. paulo à princip.) Nam post

quadraginta dies, non in quadraginta diebus esurivit. Igitur cum Dominus esurivit, non inediae surrepsit operatio, sed naturæ suæ hominem dereliquit. Non enim erat à Deo diabolus, sed à carne vincendus. Quæ rerum ratione indicat, post quadraginta dierum consummationem, quibus post passionem in sæculo erat commoraturus, esuritionem se humanæ salutis habiturum, quo in tempore expectatum Deo Patri munus, hominem quem assumpserat, reportavit.

(b) *Chrysostronus* super Matth. (hom. 5. operis imperf.) Quia diabolus videns per quadraginta dies Christum jejunantem, desperaverat, postquam esurientem sensit, iterum cepit sperare: unde sequitur: *Et accedens tentator.* Si ergo jejunaveris, & teneris, ne dicas, quia perdidisti fructum jejunii mei: nam etsi non tibi profuit jejunium tuum, ut non teneris, tamen proficiet ut à tentationibus non vincaris. *Gregorius* in hom. (16. aliq. à princip.) Sed si ipsum ordinem tentationis aspiciamus, pensamus quanta magnitudine nos à tentatione liberamur. Antiquus enim hostis primum hominem ex gula tentavit, cum cibum ligni vitium ad comedendum fuisse: ex vanagloria, cum diceret (Gen. 3.) „Britis sicut dicit: ex avaritia, cum diceret: „Scientes bonum & malum:“ avaritia enim non solum pecuniæ est, sed etiam altitudinis, cum supra modum sublimitas ambitur. Quibus autem modis primum hominem stravit, (1) istis modis secundo homini tentato succubuit. Per gulam tentat, cum dicit: *Dic ut lapides isti panes fiant;* per vanam gloriam, cum dicit: *Si Filius Dei es, mitte te deorsum;* per sublimitatis avaritiam, cum regna mundi ostendit, dicens: *Hæc omnia tibi dabo.* *Ambrosius* super Lucam (Lib. 4. in tit. de prima tentatione Christi.) Inde autem cepit unde jam vicerat, scilicet à gula: unde dixit ei: *Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Quid autem sibi vult talis sermonis exorsus, nisi quia cognoverat Dei Filium esse venturum; sed venisse per infirmitatem corporis non putabat? Aliud explorantis, aliud tentantis est: & Deo se profiteretur credere, & homini conatur illudere. *Hilarius* (can. 3. parum ante med.) Eam ergo in tentando conditionem operis proposuit per quam in Deo ex mutatione lapidum in panes virtutem potestatis agnosceret, & in homine oblectamento cibi potentiam esurientis illuderet. *Hieronymus* (super illud: *Dic ut lapides isti panes fiant.*) Sed duobus contrariis teneris, o diabole: si ad imperium ejus possunt lapides

panes fieri, ergo frustra tentas eum qui tantæ potentia est; si autem non potest facere, frustra Dei Filium suspicaris. *Chrysostronus* super Matth. (hom. 5. in opere imperf. ante medium.) Sicut autem diabolus omnes homines excæcabat, sic modo invisibiliter à Christo est excæcatus. Post quadraginta enim dies esurientem sensit, & per quadraginta non esurientem (2) non intellexit. Cum suspicatus est eum non esse Filium Dei, non cogitavit quoniam fortis athleta ad ea quæ infirma sunt, descendere potest; infirmus autem ad ea quæ fortia sunt, ascendere non potest. Magis ergo ex eo quod per tot dies non esurivit, intelligere debuit quia Deus est, quam ex eo quod potest tot dies esurire, quia homo est. Sed dicit: Moyses, & Elias quadraginta dies jejunaverunt, & homines erant. Sed illi jejunantes esuriebant, & sustinebant; iste quadraginta diebus non esurivit, sed postea. Esurire enim, & non manducare, patientia est humanæ; non esurire autem, divina naturæ. *Hieronymus* (super illud: *Qui respondens ait.*) Propositum autem Christi erat humilitate vincere: (a) unde adversarium vicit testimonio legis, non potestate virtutis, ut hoc ipso & hominem plus honoraret, & adversarium plus puniret, cum hostis generis humani non quasi à Deo, sed quasi ab homine vinceretur: unde sequitur: *Qui respondens, dixit ei: Scriptum est: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* *Gregorius* in hom. (16. paulo ante medium.) Sic ergo tentatus à diabolo Dominus, sacri eloquii præcepta respondit; & qui tentatore suum mergere in abyssum poterat, virtutem suæ potentia non ostendit: quatenus nobis præberet exemplum ut quoties à pravis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam excitemur potius quam ad vindictam. *Chrysostronus* super Matth. (hom. 5. in opere imperf. ante medium.) Non autem dixit Non in solo pane (3) vivo, ne videatur de se dictum esse; (4) sed *Non in solo pane vivit homo*, ut post se diabolus dicere: *Si Filius Dei es. Abscondit se, ut non ostendatur; quod potest, si homo est: astute excusat se, ne ostendatur non posse.* *Rabbanus* (super illud, *Non in solo pane vivit homo.*) Testimonium autem hoc de Deuteronomio sumptum est. Ergo si quis non vesceatur verbo Dei, iste non vivit: quia sicut corpus humanum non vivit sine terreno cibo, ita & anima vivere non potest sine Dei verbo. Procedere autem verbum de ore Dei dicitur cum voluntatem suam per Scripturarum testimonia revelat.

(1) *Al.* eisdem. (2) *Al.* deest non. (3) *Al.* vivit. (4) *Al.* sed inedia. EX EDIT. P. NICOL. (4) Leo in ferm. 1. de quadagesimæ.

(c) *Chrysoſtomus* super Matth. (hom. 5. in opere imperf. ante medium.) Cum ex præmiſſo Chriſti reſponſo nihil certum diſcere diabolus potuiſſet, utrum Chriſtus Deus eſſet, an homo; aſſumpſit eum ad aliam tentationem, dicens apud ſe: Iſte qui fame non vineſtur, eſt Filius Dei non eſt, tamen ſanctus eſt: valent enim homines ſancti fame non vinci; ſed poſtquam omnem neceſſitatem carnis vicerunt, per vanam gloriam cadunt; ideo cœpit eum tentare in gloria vana: propter quod ſequitur: *Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam civitatem. Hieronymus* (ſuper illud, *Tunc aſſumpſit eum.*) Aſſumptio iſta non ex imbecillitate Domini venit, ſed de inimici ſuperbia, qui voluntatem Salvatoris neceſſitatem putat. *Rabbanus*. Sancta autem civitas Hieruſalem dicebatur, in qua templum Dei erat, & Sancta Sanctorum, & cultus unius Dei ſecundum legem Moyſi. *Remigius*. In quo oſtenditur quia diabolus fidelibus Chriſti etiam in ſanctis locis inſidiatur. *Gregorius* in hom. (16. circ. princ.) Sed ecce dum dicitur Deus homo in ſanctam civitatem à diabolo aſſumptus, humana aures audire expaveſcunt; iniquiorum tamen omnium diabolus caput eſt. Quid eſt autem mirum ſi ſe ab illo permiſit in montem duci, qui ſe permiſit à membris illius crucifigi? *Gloſſa* (ord. ſuper illud: *Super pinnaculum templi.*) Diabolus enim ſemper ad alta ducit elevando per jaſtantiam, ut præcipitare poſſit; & ideo ſequitur: *Et ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi. Remigius*. Pinnaculum ſedes erat doctorum: templum enim non habebat culmen erectum, ſicut noſtræ domus habent; ſed & planum erat deſuper more Palæſtinarum, & in ipſo templo tria tabulata erant. Et ſciendum, quia in pavimento pinnaculum erat, & in unoquoque tabulato pinnaculum erat. Sive ergo ſtatuerit eum in illo pinnaculo quod erat in pavimento, ſive in illis quæ erant in primo, ſecundo, vel tertio tabulato; intelligendum eſt quod in illo ſtatuiſſet eum unde aliquod præcipitium eſſe potuit. *Gloſſa* (ibidem.) Nota vero, hæc omnia corporeis ſenſibus eſſe completa: (1) ſi enim verba ad invicem conſeruntur, in ſpecie hominis diabolus apparuiſſe verifimile eſt. *Chryſoſtomus* ſuper Matth. (hom. 5. in opere imperf. ante medium.) Sed forte dicis: Quomodo in corpore conſtitutum videntibus omnibus ſtatuit ſupra templum? Sed forſitam diabolus ſic eum aſſumebat ut ab omnibus videretur; ipſe autem, neſciente diabolo, inviſibilitate ſic agebat ut à nemine videretur. *Gloſſa* (a)

(1) *Al.* quia enim prima. (2) *Al.* Angelus.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Æquivalenter quoad ſenſum, non expreſſe quoad verba, quæ ſunt Anſelmi. (b) Vel potius Anſelmus, ut jam ſupra.

(ibidem.) Ideo autem duxit eum ſupra pinnaculum, cum vellet eum de vana gloria tentare, quia in cathedra doctorum multos deceperat inani gloria, & ideo putavit iſum poſitum in ſede magiſteri inani gloria extolli poſſe: unde ſequitur: *Et dixit: Si Filius Dei es, mitte te deorſum. Hieronymus* (ſuper illud: *Statuit ſupra pinnaculum templi.*) In omnibus enim tentationibus hoc agit diabolus ut intelligat ſi Filius Dei ſit. Dicit autem, *Mitte te*, quia vox diaboli, qua ſemper homines cadere deorſum deſiderat, perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt. *Chryſoſtomus* ſuper Matth. (hom. 5. in opere imperf. circa medium.) Per hanc autem proportionem quomodo poterat cognoscere ſi eſt Filius Dei, an non? Volare enim per aërem non eſt proprie opus Dei, quia nulli utile eſt. Si ergo aliquis volaverit provocatus, propter oſtentationem ſolam hoc facit, & eſt potius ex diabolo quam ex Deo. Si ergo homini ſapienti ſufficit eſſe quod eſt, & non eſt neceſſarium ei apparere quod non eſt; quanto magis Filius Dei oſtendere ſe neceſſarium non habet de quo nemo poteſt tantum cognoscere quantum eſt apud ſe? *Ambroſius* ſuper Lucam (Lib. 4. in ſit. de tertia tentatione Chriſti) Sed quia fatanas tranſfiguratur ſe ſicut (2) Angelum lucis, & de Scripturis ipſis divinis laqueum fidelibus parat, utitur teſtimoniis Scripturarum, non ut doceat, ſed ut fallat: unde ſequitur: *Scriptum eſt enim: Quia Angelis ſuis mandavit de te: Hieronymus* (ſuper illud, *Angelis ſuis mandavit.*) Hoc enim in 90. Pſalmo legitur; verum ibi non de Chriſto, ſed de viro ſancto propheta eſt. Male ergo diabolus interpretatur Scripturas. *Chryſoſtomus* ſuper Matth. (hom. 5. in opere imperf. à medio illius.) Vere enim Filius Dei Angelorum manibus non portatur; ſed ipſe magis Angelos portat: & ſic portatur manibus Angelorum; non ut oſtendat ad lapidem pedem ſuum, quaſi infirmus, ſed propter honorem, quaſi Dominus. O diabole, quomodo Filius Dei manibus portatur legiſti; & quia ſuper aſpicem, & baſiſicum calcat, non legiſti? Sed illud quidem exemplum proferat quaſi ſuperbus; hoc autem tacet quia aſtutus. *Chryſoſtomus* in hom. (13. in Matth. ante med.) Intuere etiam quia teſtimonia à Domino allata ſunt conſpicienda, à diabolo autem indecenter: non enim quod ſcriptum eſt, *Angelis ſuis mandavit de te, & in manibus tollente te*, ſuadet projicere ſeipſum, & præcipitare. *Gloſſa* (b) Eſt ergo ſic exponendum. Ait enim Scriptura de quolibet bono ho-

mine, quod Angelis ſuis, videlicet adminiſtratoribus ſpiritibus, præcepit de ipſo quod in manibus ſuis, id eſt in auxiliis ſuis, tollant eum, & cuſtodiant, ne oſtendat pedem, videlicet hæſitantem mentis, ad lapidem, videlicet ad veterem legem ſcriptam in lapideis tabulis. Vel per lapidem poteſt intelligi omnis peccati rocaſio; & vitia. *Rabbanus* (ſuper illud: *Si Filius Dei es, mitte te deorſum.*) Notandum eſt autem quod Salvator noſter licet permiſiſſet ſe à diabolo ſupra pinnaculum templi (1) poni; tamen rennuit ad imperium ejus deſcendere, nobis exemplum donans, ut quiſquis imporaverit viam veritatis arctam non aſcendere, obtemperemus. Similitem vult nos de altitudine veritatis, & virtutum ad ima erroris, & victoriam præcipitare, non illum audiamus. *Hieronymus* (ſuper illud, *Ait illi Jeſus ruſum.*) Paſſas autem de Scripturis diaboli ſagittas veris Scripturarum fragit chryſeis: unde ſequitur: *Ait illi ruſum Jeſus; Scriptum eſt: Non tentabis Dominum Deum tuum. Malarius* (can. 3. in Matth. à med.) Diaboli enim connatus contradens, & Deum ſe proteſtatur, & Dominum. *Chryſoſtomus* (hom. 5. in opere imperf. à med.) Non autem dixit, Non tentabis me Dominum Deum tuum; ſed ita, *Non tentabis Dominum Deum tuum*; quod poterat dicere omnis homo Dei tentatus à diabolo: quoniam & qui hominem Dei tentat, Deum tentat. *Rabbanus*. Vel aliter. Suggestebatur ei quaſi homini ut aliquo ſigno exploraret quantum Deus poſſet. *Auguſtinus* contra Fauſtum (Lib. 22. capi 36. paulo à princip.) Pertinet autem ad ſanam doctrinam, quando habet homo quid ſaciat, non tentare Dominum Deum ſuum. (2) *Theodorus*. Tentat enim Deum qui ſine ratione obijciens ſe periculo, quidpiam agit. *Hieronymus* (ſuper illud, *Ait illi Jeſus ruſum.*) Et notandum, quod neceſſaria teſtimonia de Deuteronomio tantum proculat, ut ſecundæ legis ſacramenta monſtraret.

(1) *Al.* doſt poni. (2) In quatuor optimæ notæ exemplis doſt tota hæc ſententia. (3) P. Nicol. hæbet regantur.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Similia etiam inſinuat Rabbanus in hunc locum. (b) Ut ex Rabano citat Gloſſa; ſed ex Anſelmo deſumptum eſt, non ex Rabano.

rei omnia regna mundi, & gloriâ eorum. Oſtendit autem ita non ut ipſa regna, vel civitates eorum, vel populos, vel argentum, vel aurum, & digiti, ſed partes terre in quibus unam quodque regnum, vel civitas poſita erat: ut puta, ſi ſtendens ſuper excelſum locum digito extenſo dicam tibi, Hæc eſt civitas, & hæc Alexander, & hæc non ſi oſtendat tibi ut ipſas videns civitates, ſed partes terre in quibus poſite ſunt: ſic & diabolus poterat Chriſto ſingula loca demonſtrare digito, & inſuſcitari quæ regni honores, & ſua omnia verba exponere: nam oſenſum dicitur etiam quod exponitur ad intelligendum. *Origenes* ſuper Lucam (hom. 30. in vel aliter. Non eſt arbitrandum quod regna ei mundi oſtendens. Perſarum verbi gratia regnum, Indorumque oſtendit; ſed oſtendit ei regnum ſuum, quomodo regnaret in mundo videlicet quomodo illi (3) regnaret à fornicatione, à illi ab avaritia. *Remigius* (a) Gloriam eorum expellat aurum, argentum, & lapides preſioſos; & temporaria bona. *Rabbanus* (ſuper illud *Oſtendit ei omnia regna mundi.*) Oſtendit autem hæc diabolus Domino, non quod ipſe vilium ejus amplificare poterit, aut aliquid ignotam demonſtrare, ſed vanitate pompæ mundanæ, quam ipſe diligebat, quaſi ſpecioſam; ac deſiderabilem verbis oſtendens, in amorem Chriſti, fugerens venire volebat. *Gloſſa* (b) (ord. ſuper illud: *Et gloriâ ejus.*) Qui non concupiſcentiæ oculo intuetur ſicut nos, ſed ſicut mediis vident morbos, ſine leſione. *Hieronymus* (ſuper illud: *Hæc omnia tibi habeo.*) Sequitur: *Et dixit illi: Hæc omnia tibi habeo.* Arrogans, & ſuperbus de jaſtantia loquitur: non enim poteſt omnia regna dare, cum ſciamus plerique ſanctos viros à Deo Reges factos. *Chryſoſtomus* ſuper Matth. (hom. 5. in opere imperf.) Sed ea quæ per iniquitatem ſunt in mundo, ut puta perſarum, aut per perſuſa acquiſitas divitiis diabolus dat: non ergo diabolus quibus vult divitiis dare poteſt, ſed his qui volunt ab illo recipere. *Remigius*. Miranda etiam eſt diaboli deſpectio. Illi promittebat dare regna qui ſuis fidelibus dat regna celeſtia, & gloriâ mundi et qui eſt celeſtis gloriæ Dominus. *Ambroſius* (Lib. 4. in Lucam in titulo de tertia tentatione Chriſti, à medio illius) Habet autem ambitio domeſticum periculum: ut enim dominetur aliis prius ſervit; curvat ut obſequio, ut honore dominetur, & dum vult eſſe ſublimior, fit remiſſior. Unde aperte ſubditur: *Strepens adolaveris me.*

Glossa. Ecce antiqua diaboli superbia. Sicut enim in principio voluit se similem Deo facere, ita nunc volebat divinum sibi usurpare cultum, dicens, *Si cadens adoraveris me.* Ergo qui adoraturus est diabolum, ante corrumpit.

Sequitur: *Tunc dicit ei Jesus: Vade satana. Chrysostr. super Matth. (hom. 5. in opere imperf.)* In quo finem tentandi diabolo ponit, ne progrediatur ulterius tentans. *Hieronymus (super illud, Vade satana)* Non autem, ut plerique putant, eadem satanas; & Petrus condemnantur sententia. Petro enim dicitur (infra 16.) *Vade retro, me satana;* id est, sequere me qui contrarius es meae voluntati; huic autem dicitur: *Vade satana;* & non ei dicitur, *Retro*, ut subauditur: *Vade in ignem aeternum* qui paratus est tibi, & Angelis tuis. *Remigius.* Vel secundum alia exempla, *Vada retro;* id est, reminiscere, recedate in quarta gloria conditus fuisti, & in quantum miseriam eecidisti. *Chrysostr. super Matth. (hom. 5. in opere imperf.)* Videndum autem quia Christus cum passus fuisset tentationis injuriam, dicente sibi diabolo: *Si Filius Dei es, mitte te deorsum,* non est turbatus, neque diabolum increpavit. Nunc autem quando diabolum usurpavit sibi Dei honorem, exasperatus est, & repulit eum, dicens, *Vade satana;* ut nos illius discamus exemplo, nostras quidem injurias magnanimitate sustinere; Dei autem injurias nec usque ad auditum sufficere: quoniam in propriis injuriis esse quempiam patientem laudabile est; injurias autem Dei dissimulare, nimis est impium. *Hieronymus (super illud, Dominum tuum adorabis.)* Dicens autem diabolum Salvatori: *Si cadens adoraveris me,* e contrario audit, quod ipse magis adorare eum debeat Dominum, & Deum suum. *Augustinus contra serm. Arianorum (cap. 29.)* Unde sequitur: *Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. Unus Dominus Deus noster est ipsa Trinitas, cui soli servitatem pietatis jure debemus. Augustinus 10. de Civitate Dei (cap. 1.)* Nominem autem servitutis, cultus Deo debitus intelligitur: latrari quippe nostri, ubicumque sanctarum Scripturarum positum est, interpretati sunt servitutem; sed ea servitus, quae debetur hominibus, secundum quam praecepit Apostolus servos dominis suis subditos esse debere, Graece nuncupari solet dulia; latrari vero aut semper, aut tam frequenter ut pene semper ea servitus dicitur quae pertinet ad colendum Deum. *Chrysostr. super Matth. (hom. 5. in opere imperf.)* Diabolus autem, sicut rationaliter intelligi potest, non quasi obediens pra-

cepto recessit; sed divinitas Christi, & Spiritus Sanctus qui erat in eo, excusit inde diabolum: unde sequitur: *Tunc reliquit eum diabolus.* Quod ad nostram proficit consolationem; quia non tam diu homines Dei diabolus tentat quam diu vult; sed quam diu Christus permittit. Esi enim permittit eum paulisper tentare, tamen repellit, propter infirmitatem naturam. *Augustinus 19. de Civitate Dei (cap. 20. in fine.)* Post tentationem vero sancti Angeli Spiritibus immundis metuendi (1) Domino ministrabant, & per hoc magis magisque immotescere demonibus quantus esset: unde sequitur: *Et ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.* *Chrysostr. super Matth. (hom. 5. in opere imperf. non procul a fine.)* Non autem dixit, *Descendentes Angeli:* ut ostendat quia semper ad ministerium ejus erant in terris; sed tunc praecipiente Domino recesserunt ab eo, ut locus diabolo adversus Christum daretur, ne forte videns Angelos circa eum non appropinquaret ad eum. In quibus autem rebus illi ministrabant, scire non possumus, utrum ad sanationes infirmitatum, an ad correctiones animarum, an ad effugationem demonum; quae omnia per Angelos facit, unde eis facientibus ipse facere videtur: tamen manifestum est quod non propter necessitatem impotentiae ejus ei ministrabant, sed propter honorem potestatis ipsius: non enim dicitur, quod adjuvet eum, sed quod ministrant. *Gregorius in hom. (15. circa medium.)* Ex his autem unius personae utraque natura ostenditur: quia & homo est quem diabolus tentat, & idem ipse Deus est cui ab Angelis ministratur. *Chrysostr. super Matth. (hom. 5. oper. imperf.)* Nunc (2) breviter perstringamus quid significant Christi tentationes. Jejunium est abstinentia rei male, esuriae est desiderium ejus, usus ejus est panis. Qui ergo peccatum sibi convertit ad usum, lapidem convertit in panem. Respondet ergo diabolo persuadenti, quia non in solo usu illius rei vivit homo; sed in observantia mandatorum Dei. Quando vero quis inflatus fuerit quasi sanctus, ductus est quasi super templum; & quando aestimaverit se consistere in sanctimoniae summitate, positus est supra pinnaculum templi. Et haec tentatio sequitur primam, quia victoria tentationis gloriantium operatur, & fit causa jactantiae. Sed vide quod Christus jejunium ultro susceperit. Super templum autem diabolus eum duxit, ut tu ad abstinentiam laudabilem sponte procedas; extolli autem ad fastigium sanctitatis non acquiescas: fuge exaltationem cordis, & non patieris ruinam. Ascensio autem montis est processio ad altitudinem divitiarum, & gloria

(1) *Al.* quomodo, *item Domini.* (2) *Al.* Tunc,

hujus mundi; quae de superbia cordis descendit. Cum ergo volueris dives fieri, quod est ascendere in montem, incipis cogitare de divitiis, & honoribus acquirendis; & tunc princeps mundi gloriam regni sui tibi ostendit. Tertio loco providet tibi causas, ut si volueris illa consequi, servias ei, negligens justitiam Dei. *Hilarus (can. 3. in Matth. parum ante finem.)* Victo autem a nobis, calcatoque diaboli capite, Angelorum ministeria, & virtutum in nos caelestium officia non desaturata ostenditur. *Augustinus de Cons. Evang. (Lib. 2. cap. 16.)* Lucas has tentationes non eodem ordine prosecutus est: unde incertum est quid prius factum sit, utrum regna terrae prius demonstrata sint, & postea in pinnaculum templi levatus sit, an e converso: nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit. *Glossa (a) ordin. super illud: Tunc assumpsit eum diabolus.* Sed quod dicit Lucas, magis videtur secundum historiam esse: sed Matthaeus has refert tentationes secundum hoc quod in Adam facta sunt.

(e) *Rabbanus.* Postquam Matthaeus de quadraginta dierum jejunio, & de tentatione Christi, & de Angelorum ministerio naravit, continuo subjecit dicens: *Cum autem (1) audisset Jesus quia Joannes traditus esset.* *Chrysostr. super Matth. (hom. 6. in opere imperf.)* Sine dubio a Deo, quia in virum sanctum nemo potest aliquid, nisi tradiderit eum Deus. Sequitur: *Recessit in Galilaeam,* scilicet de Judaea, ut passionem suam opportuno tempore reservaret, deinde ut nobis fugiendi periculum daret exemplum. *Chrysostr. in hom. (14.)* Non enim accusabile est non projicere seipsum in periculum, sed incidentem non stare viriliter. Recedit etiam de Judaea; Judaicam invidiam mitigans, simul quidem prophetiam complens, & magistrorum orbis terrarum piscari stitens, qui in Galilaea morabantur. Attende etiam qualiter ad Gentes abiturus a Judaea accepit causam, & enim eum praecursores in vincula misissent, impellunt Jesum transire ad Galilaeam Gentium. *Glossa.* Ut autem refert Lucas, venit Nazareth, ubi erat nutritus, & ibi intravit in synagogam, ubi legit, & dixit multa, propter quae voluerunt eum praecipitare de monte, & tunc descendit Capharnaum; unde modo ait Matthaeus: *Et relicta civitate Nazareth, venit & habitavit Capharnaum.* *Hieronymus (de Locis Hebraicis.)* Nazareth est in Galilaea vicus juxta montem

Thabor: Capharnaum est oppidum in Galilaea Gentium juxta stagnum Genezaeth: & ideo dicit, *Maritima. Glossa (ord. super illud, Relicta civitate Nazareth.)* Addit etiam: *In finibus Zabulon, & Nephthaim:* ubi prima captivitas Hebraeorum fuit ab Assiriis. Ubi ergo prima legis obliivio est, ibi prima Evangelii praedicatio, ut de loco quasi medio disfluere ad Gentes, & Judaeos. *Remigius.* Reliquit autem unam, scilicet Nazareth, ut praedicando, & miracula faciendo plures illuminaret. In quo facto reliquit praedicatoris exemplum, ut eo tempore, & illis in locis studeant praedicare, quando multis prodesse possunt. Sequitur: *Ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam: Terra Zabulon, & terra Nephthaim, &c.* In prophetia ita habetur (Esai. 9.) „Primo tempore alleviata est terra Zabulon, & terra Nephthaim, & novissimo aggravata est via maris, trans Jordanem, Galilaea Gentium.“ *Hieronymus super Esaiam (Lib. 3. in exposit. cap. 9.)* Dicitur autem primo tempore alleviata esse ab onere peccatorum, quia in regionibus duarum tribuum, primum Salvator Evangelium praedicavit; novissimo vero tempore aggravata est fides eorum, plurimis Judaeorum in errore permanentibus. Mare autem hic lacum appellat Genezaeth, qui Jordane influente efficitur, in cuius litore Capharnaum, & Tiberias, & Bethsaida, & Cozaim sitae sunt: in qua maxime regione Christus praedicavit. Vel secundum Hebraeos in Christum credentes, haec duae tribus Zabulon, & Nephthaim ab Assiriis captae sunt; & Galilaea deserta est: quam Propheta dicit esse alleviatam, eo quod peccata populi sustineret: sed postea reliquae tribus, quae habitabant trans Jordanem, & in Samaria, ductae sunt in captivitatem: & hoc, inquit, Scriptura nunc dicit, quod regio, cuius populus primum captivatus est, ipsam primum lucem praedicatoris viderit Christi. Vel, secundum Nazaeos, adveniente Christo, primo terra Zabulon, & Nephthaim est Pharisaeorum erroribus liberata, postea per Evangelium Apostoli Pauli ingravata est, id est multiplicata, praedicatio in terminos Gentium. *Glossa (b)* Hic autem in Evangelio diversi nominati ad idem verbum reducuntur; ita & terra Zabulon, & terra Nephthaim, quae est via maris, quae est trans Jordanem, scilicet populus Galilaea Gentium, qui ambulabat in tenebris. *Hieronymus. (c)* (in Lib. de Locis Hebr.)

(1) *Al.* vidisset. (2) *Ex Edit. P. Nicol. (a)* Neque istud in Glossa nunc est; sed in Anselmo ad illud verbum, *Tunc assumpsit eum in sanctam civitatem.* (b) Non est in Glossa, qualis nunc est, sed in Anselmo, ut jam supra. (c) In Esaiam ubi supra.

Nota autem quod dicitur Galilee tantum quia dicitur Judaeorum, & alia quae dicitur Gentium. Divisa est enim Galilea a tempore Salomonis, qui dedit viginti civitates in Galilea Hyram Regi Tyris quae pars dicta est postea Galilea Gentium, reliqua Judaeorum. Vel legendum est: *Tempus Jordanem Galilea Gentium*: ita, inquam, tur populis, qui vel sedebat, vel ambulabat in tenebris, lucem viderit, nequaquam parvam, ut aliorum Prophetarum, sed magnam scilicet illius qui in Evangelio (Joan. 8.) loquitur: „Ego sum lux mundi.“ *Et qui habitabant in regione umbrae mortis, lux orta est eis.* Inter mortem & umbram mortis hoc interesse puro quod mors eorum est qui cum operibus mortis ad inferos pergerunt; umbra autem mortis eorum est qui dum peccant, nondum de hac vita egressi sunt: possunt enim, si voluerint, agere penitentiam. *Chrysostr. super Matth. (hom. 6. in opere imperf. parum ante med.)* Vel in regione umbrae mortis sedebant Gentiles: quia colebant idola, & daemones. Judei autem, qui legis opera faciebant, in tenebris erant, quia Dei justitia nondum erat eis manifesta. *Chrysostr. in hom. (10. parum a princ.)* Ut autem dicas, quod neque lumen, neque tenebras sensibiles ait, de lumine dixit, *Lumen magnum*, quod alibi dicitur lumen vestrum; tenebras autem exponens nominavit umbram mortis. Deinde monstrans quod non ipsi quaerentes invenerunt, sed Deus ipsis apparuit, dixit quod lumen ortum est, & effulsit: non enim prius ipsi ad lumen cucurrerunt, etenim in ultimis malis homines erant ante Christi praesentiam: neque enim ambulabant in tenebris, sed sedebant; quod signum erat quia non sperabant liberari: sicut enim nescientes quo oporteret progredi, ita comprehensi a tenebris sedebant, jam non potentes stare. Tenebras autem vocat hic errorem, & impietatem. *Rabbanus* (super illud, *Et relicta civitate Nazareth*) Allegorice autem Joannes est vox praecedens Verbum, & alii Prophetae. Postquam autem Propheta cessavit, & ligatus est, accessit Verbum, complens quod praedixerat vox, idest Propheta: *Et fecit in Galileam*, idest de figuris ad veritatem. Vel *in Galileam*, idest in Ecclesiam, ubi est transmigratione de vitis ad virtutes. Nazareth interpretatur flos; Capharnaum villa pulcherrima. Reliquit ergo florem figuratum, quo fructus Evangelij significabatur, & venit in Ecclesiam, quae est Christi virtutibus pulchra. Et maritima est, quia juxta fluctus saeculi posita, quod dicitur tunc dicitur procellis perfectionum. Inter Zabulon, & Nephtalim sita

(1) *Al. Evangelistarum Evangelium ad ipsum, &c.*

est, idest Judaeis communitis & Gentilibus. Zabulon enim habitaculum fortitudinis dicitur, quia Apostoli, qui de Judaea electi fuerunt, fortes fuerunt. Nephtalim dicitur, quia Gentium Ecclesia per orbem ditata est. *Augustinus* in Con. Evang. (Lib. 2. cap. 17. in initio) Joannes autem Evangelista priusquam iret Ibsam in Galileam, dicit de Petro, & Andrea, & Nathanaele, & de miraculo in Cana Galilaeae, quae omnia caeteri Evangelistae praetermiserunt. Ad contextentes suis narrationibus quod Jesus reversus sit in Galileam, unde intelligitur fuisse interpositos aliquos dies, quibus illa de dispersis gesta sunt, quae interponitur *Joanne Remigius*. Sed illud solertius attendendum est, quare Joannes dicat „Dominum“ ille in Galileam, antequam Joannes missus fuisset in carcerem. Nam post vinum de aqua factum, & descensum ejus in Capharnaum, & post ascensum ejus in Hierusalem, dicitur in Evangelio Joannis, quod rediit in Judaeam, & baptizabat, & nondum erat missus Joannes in carcerem. Hic autem dicitur, quod postquam traditus fuit Joannes, recessit in Galileam: & hoc quidem dicit Marcus: Non autem debet hoc contrarium dicitur: nam Joannes primum adventum Domini in Galileam descripsit, qui scilicet fuit ante incarcerationem Joannis: Sed & de secundo adventu alibi facit mentionem, cum ait (Joan. 4.) quod „Jesus reliquit Jerusalem, & abiit iterum in Galileam:“ & de hoc tantum secundo adventu in Galileam, qui scilicet fuit post incarcerationem Joannis, alii Evangelistae dicunt. *Eusebius* (Lib. 3. Historiae Eccles. cap. 18. circa medium) Joannem enim tradunt usque ad ultimum poene vitae suae tempus absque ullius scripturae indicio Evangelium praedicasse; sed cum trium (1) Evangeliorum ad ipsum notitia pervenisset, probasse quidem veritatem ditorum, deesse tamen vidit aliqua, & maxime quae primo praedicationis suae tempore Dominus gesserat. Certum est enim, quod in aliis tribus Evangelij haec videtur sola contineri quae in eo gesta sunt anno quo Joannes Baptista vel inclusus est in carcerem, vel punitus. Matthaeus enim post tentationem Christi continuo subjicit: *Audiens autem quia Joannes traditus esset, & Marcus similiter. Lucas vero priusquam aliquid de actibus Christi referret, dicit, quod Herodes conclusit Joannem in carcerem. Rogatus est ergo Joannes Apostolus, ut ea quae praeterierant priores ante traditionem Joannis, Salvatoris gesta conferberet: & ideo dicit in Evangelio suo (cap. 2.) „Hoc fecit initium signorum Jesus.“*

(1) *Al. Evangelistarum Evangelium ad ipsum, &c.*

(f) *Chrysostr. super Matth. (hom. 6. operis imperf. a med.)* Ille debet Christi iustitiam praedicare qui ventri suo contradicere potest, qui saeculi istius bona contemnit, qui vanam gloriam non desiderat. Et ideo dicitur: *Exinde cepit Jesus praedicare*, idest ex quo tentatus, famem vixit in deserto, avaritiam sprexit in monte, vanam gloriam repercutit in templo. Vel *exinde cepit praedicare*, ex quo traditus est Joannes: nam si praedicante Joanne praedicare cepisset, vilem reddidisset Joannem, & inveniretur praedicatio Joannis esse superflua quantum ad istius doctrinam; sicut si uno tempore sol cum lucifero oriatur, gratiam luciferi celat. *Chrysostr. in hom. (14. inter init. & med.)* Ideo etiam non praedicavit donec Joannes in carcerem mitteretur, ne ex hoc multitudine scinderetur: propter quod etiam Joannes nullum fecit signum, ut per miracula omnes traherent ad Christum. *Rabbanus* (super illud, *Relicta civitate Nazareth*) In hoc item docet, ne quis ab inferiori persona sermonem contemnat: unde Apostolus (1. Corinth. 14.) „Si cui sedenti revelatum fuerit, prior taceat.“ *Chrysostr. super Matth. (hom. 6. op. imp. a med.)* Sapienter autem inde praedicationis suae sumpsit initium, non ut conculcetur Joannis doctrinam, sed ut magis confirmet, & testem eum verum fuisse demonstrat. *Hieronymus* (super illud, *Exinde cepit Jesus*) In quo etiam ostendit se eisdem esse Dei Filium, cujus ille fuerat Propheta; & ideo dicit, *Penitentiam agite*. *Chrysostr. super Matth. (hom. 6. operis imperf. non procul a fine.)* Non enim statim iustitiam praedicavit, quam omnes cognoscebant, sed poenitentiam, quae omnes indigebant. Quis ergo ausus est dicere: Volo bonus esse, & non possum? Poenitentia etiam correctio est voluntatis; & si vos mala non terrent, ut scilicet poenitentiam agatis, saltem bona delectent: unde sequitur: *Appropinquit enim regnum caelorum*, idest beatitudo regni caelestis; ac si dicat: Parate vos per poenitentiam, quia appropinquavit tempus mercedis aeternae. *Remigius*. Et notandum quia non dicit, *Appropinquit regnum Chananaeorum, aut Jebuzaeorum, sed regnum caelorum*. Lex enim promittebat bona temporalia, sed Dominus regna caelestia. *Chrysostr. in hom. (14. inter princ. & med.)* Considerandum etiam, quod in hac praedicatione

nihil de seipso manifeste praedicabat: quod interim conveniens erat, quia nondum de eo decentem habebant opinionem. Incipiens etiam, nihil grave, & onerosum dixit, sicut Joannes dixerat (1) securim excindenda arbori imminentem, & huiusmodi; sed in principio benigna proposuit, regnum (2) caelorum evangelizans. *Hieronymus* (super illud, *Exinde cepit Jesus*). Mytice autem Joanne tradito, Christus incipit praedicare, quia desinente lege, consequenter oritur Evangelium. *Chrysostr. super Matth. (hom. 7. operis imperf. in princ.)* Antequam Christus aliquid dicat, vel faciat, vocat Apostolos, ut nihil illos lateat nec verborum Christi, nec operum: ut postmodum fiducialiter dicere possint. (Act. 4.) „Non possumus quae vidimus, & audivimus non loqui.“ Hinc est quod dicitur, *Ambulans Jesus juxta mare Galilaeae, Rabbanus*. Mare Galilaeae idem est quod stagnum, Genesareth, mare Tiberiadis, & lacus salinarum. *Glossa* (ordin. super illud, *Piscatores*). Decenter autem per piscatores vadit loca, piscatores piscaturus, unde sequitur: *Vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus. Remigius*. Vidit autem non tam corporaliter, quam spiritualiter ad corda eorum respiciens. *Chrysostr. in hom. 14. in mediis autem operationibus existentes eos vocavit, monstrans quod omnibus occupationibus sequelam suam praepone oportet: unde sequitur, Mittentes retia in mari*: quod quidem eorum officio congruebat: propter quod sequitur, *Erant enim piscatores*. *Augustinus* in ferm. de Kalend. Januarii (a) (ferm. 49. de ver. Domini) Non enim elegit Reges, aut Senatores, aut Philosophos, aut Oratores; immo elegit plebejos, pauperes, & indoctos piscatores. *Augustinus* super Joannem (tract. 7. a med.) Si enim doctus eligeretur, fortassis ideo se diceret electum, quae doctrina ejus eligi meruit. Dominus autem noster Jesus Christus volens superborum frangere cervices, non quaesivit per oratorem piscatorem, sed de piscatore lucratus est Imperatorem. Magnus Cyprianus orator, sed prius Petrus piscator. *Chrysostr. super Matth. (hom. 7. operis imperf. parum a princ.)* Futurae etiam dignitatis gratiam artificij opere prophetabant: nam sicut qui retia jactat in aquam, nescit quos pisces comprehensurus est; sic & doctor, quando

(1) *Al. securim, & arborem incisam, & huiusmodi.* (2) *Al. deest. caelorum.*
 Ex EDIT. P. NICOL. (a) Habetur in fragmento istam inscriptionem praefereute Tom. 10. post seriem ferm. de diversis, & apud Bedam in illum locum 1. ad Corinth. 1. *Videte quod non multi sapientes.* Tale quiddam etiam paulo alius verbis Augustinus inculcat ferm. 215. de temp. non ferm. 49. de verbis Domini, sicut prius.

divini sermonis retia super populum facta, nescit qui sunt accessuri ad Deum! Sed (1) quæcumque Deus exciterit, illi adherent ejus doctrinae. *Remigius*. De his autem piscatoribus loquitur Dominus per Hieronimum dicens (cap. 16.) „ Mittam in vos piscatores meos, & piscebuntur vos. Unde & hic subditur, *Venite post me. Glossa* (interlinearis super illud, *Venite*) Non tam pedibus, quam affectu, & imitatione. *Et faciam vos fieri piscatores hominum. Chrysostomus* super Matth. (hom. 7. in op. imp.) Id est doctores, ut cum re verbi Dei comprehendatis homines de mundo tempestuoso, & periculoso, ubi homines non ambulant, sed feruntur: quia diabolus cum delectatione compellit eos in mala, ubi alterutrum homines se comedunt, sicut pisces fortiores devorant juniores: ut translati vivant in terra, corporis Christi membra facti. *Gregorius* in hom. (5. in Evangelia.) Nulla autem Petrus, & Andreas Christum miracula facere viderant, nihil (2) ab eo de premio aeternæ retributionis audierant; & tamen ad unam (3) Domini præceptum, hoc quod possidere videbantur, oblitæ sunt: unde sequitur: *At illi continuo, relicti retibus, secuti sunt eum.* In quo affectum debemus potius pensare quam (4) censuram. Multum enim reliquit qui sibi nihil retinuit: multum dimisit qui cum re possessa & concupiscentiæ renuntiavit. A sequentibus ergo tanta dimissa sunt quanta non sequentibus concupisci poterunt. Exteriora enim nostra Domino quantumlibet parva sufficiunt; nec perpendit quantum in ejus sacrificio, sed ex quanto proferatur. Estimationem quippe pretii regnum Dei non habet; sed tantum valet quantum habes. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 7. operis imperfecti. parum ante med.) Non autem prædicti discipuli secuti sunt Christum, doctores cupientes honorem, sed operis lucrum: sciebant enim quam pretiosa est anima hominis, quam grata est apud Deum salus ipsius, & quanta est merces. *Chrysostomus* in hom. (14. parum ante med.) Tanta igitur promissioni crederent, & per sermones quibus sunt capti, crederent se alios posse piscari. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 7. operis imperfecti. circa med.) Hæc igitur cupientes, secuti sunt, omnibus relicti: in quo nos docuerunt quia nemo potest terrena possidere, & perfecte ad caelestia pervenire. *Glossa* (a) In his ergo datum est exemplum illis qui (5) censum deserunt pro Christi amore. Subditur autem exemplum eorum qui etiam carnales affectus pro-

(1) Al. quousque. (2) Al. ab eodem premio. (3) Al. deest Domini. (4) Al. censuram. (5) Al. censuram. (6) Al. patrem habere secum, & curare. (7) Al. vero. (8) Al. deest ad credendum.

Ex edit. P. Nicol. (a) Non est in Glossa, sed in Anselmo tantum paulo alia serie.

Deo postponunt: unde dicitur: *Et procedens inde, vidit alios duos.* Nota, quia vocat binos & binos ad prædicandum. *Gregorius* in hom. (17. in Evang. circinavit) Quatenus hic nobis tacitus innuat, quia qui caritatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenam debet. Deo enim sunt præcepta caritatis, & minus quam inter duos caritas haberi non potest. *Chrysostomus* super Mat. (hom. 7. op. imp. med.) Super caritatem etiam fraternitatis Ecclesie recte posuit fundamenta, ut ex radicibus caritatis exuberans quasi humor ascendat in ramos; & hoc super naturalem caritatem; ut non solum per gratiam, sed etiam per naturam ipsa caritas firmior habeatur: unde dicit, *Frater, sic enim fecit Deus & in veteri testamento,* super Moysen, & Aaron fratres; ponens adificationis initium. Quoniam autem abundantior est gratia novi testamenti quam veteris; ideo primum populum edificavit super unam fraternitatem, hunc autem super duas. *Jacobum*, inquit, *Zebedæi, & Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre eorum, resicientes retia sua:* quod est maxime paupertatis indicium: vetera enim resiciebant qui nova unde emergent non habebant. Et quod ad majorem pietatem eorum pertinet, in tanta paupertate sic patri suo succurrebant ut secum eum bajularent in navi, non ut ille istos adjuvaret in opere, sed ut isti illum consolarentur sua presentia. *Chrysostomus* in hom. (14. circa med.) Non parva autem est hic demonstratio virtutis, inopiam facile ferre, ex justis nutriti laboribus, colligari invicem amoris virtute, patrem (6) inopem habere secum, & in ejus obsequio laborare. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 7. oper. imperf.) Estimate autem primos velociores ad prædicandum, quia retia mittebant; istos autem quasi pignores, quia adhuc retia componebant, non sumus autem: quia differentiam eorum cognoscere solius est Christi. Forte (7) ergo illi propter Petrum dicti sunt mittentes retia, qui prædicavit Evangelium, sed non composuit; isti autem propter Joannem componentes, qui Evangelium composuit. Sequitur, *Et vocavit eos:* erant enim habitatione cives, dilectione concordēs, artificio pares, fraternitatis conjuncti pietate. Ideo simul vocavit eos, ne tot bonis conjunctos dissimilis vocatio separaret. *Chrysostomus* in hom. (14. parum ante med.) Vocando autem nihil eis promisit, sicut prioribus: obedientia enim eorum qui prævenerant, viam eis (8) ad cre-

endum præparaverat. Sed & multa de ipso audierant, scilicet tanquam familiares, & consanguinitate conjuncti. *Remigius* (cap. 17. in Evang. circinavit) Sequitur & illi autem, relicti retibus, & patres secuti sunt eum. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 7. operis imperfecti.) Tria enim sunt quæ relinquere debet qui venit ad Christum: actus carnalis, qui per retia piscationis significantur; substantiam mundialem, quæ per navem; & parentes, qui per patrem. Reliquerunt ergo navem, ut fierent ecclesiasticæ navis gubernatores; reliquerunt retia, ut non pisces afferrent ad civitatem terrenam, sed homines ad caelestem; reliquerunt unum patrem, ut spirituales paves omnium fierent. *Hilarius* (can. 3. in Matth. circa finem.) Eis igitur artem, & patriam domum relinquentibus, docemur Christum secuturi, & secularis vitæ solitudine, & paternæ domus consuetudine non teneri. *Remigius*. Myssicæ autem per mare designatur iste mundus, propter amaritudinem, & fluctuationem. Gallicæ autem interpretatur volubilis, sive rota; & significat mundi volubilitatem. Ambulavit igitur Jesus juxta mare, dum ad nos per incarnationem venit: quia non carnem peccati, sed similitudinem carnis peccati suscepit ex virgine. Per duos fratres, duo populi designantur, qui ab uno Deo patre creati sunt: quos vidit quando eos misericorditer respexit. Per Petrum enim; qui interpretatur agnoscens, & dicitur Simon, id est obediens, designatur Judæicus populus, qui per legem Deum agnovit, & præceptis ejus obedit; per Andream, qui interpretatur virilis, sive decorus, intelligitur Gentilis populus, qui post agnitionem Dei viriliter in fide permansit. Nos populum vocavit quando prædicatores in mundum misit, dicens, *Venite post me;* id est, relinquitte deceptorem, & sequimini creatorem. De utroque etiam populo facti sunt hominum piscatores, id est prædicatores. Relictis autem navibus, id est carnalibus desideriis, & retibus, id est mundi cupiditatibus, secuti sunt Christum. Per Jacobum etiam intelligitur Judæicus populus, qui per cognitionem Dei diabolum supplantavit; per Joannem Gentilis populus, qui sola gratia salvatus est. Zebedæus autem, quem relinquunt, & interpretatur fugitivus, sive lavens, significat mundum, qui transit, & diabolum, qui de cælis lapsus est. Per Petrum etiam, & Andream mittentes retia in mare, designantur illi qui in prima aetate dum de navi corporis sui mittunt retia carnalis concupiscentiæ in mare hujus sæculi, vocantur à Domino. Per Jacobum, & Joannem resicientes retia designantur illi qui

post peccata ante adversitates veniunt ad Christum, recuperantes quæ perdidit. *Rabanus* (super illud, *Relictis navibus, & patre.*) Duæ naves duas Ecclesias figurant: eam quæ ex circumfusione, & eam quæ ex præputio vocata est. Quilibet etiam fidelis sit Simon, Deo obediens; Petrus, peccatum suum agnoscendo; Andreas, viriliter labores patiendi; Jacobus, vitia supplantando. *Glossa*. Et Joannes, ut totum gratiæ Dei ascribat: & ideo (1) quatuor tantum vocatio ponitur, per quos prædicatores Dei à quatuor mundi partibus vocatos signetur. *Hilarius* (can. 3. circa finem.) Vel in hoc futurorum Evangelistarum numerus figuratur. *Remigius*. Per hoc etiam quatuor virtutes principales designantur: prudentia enim refertur ad Petrum, propter divinam cognitionem; justitia ad Andream, propter operum virilitatem; fortitudo ad Jacobum, propter diaboli supplantationem; temperantia ad Joannem, propter divinæ gratiæ effectum. *Augustinus* de Conf. Evang. (Lib. 2. cap. 17. inter princ. & med.) Sane movere potest quomodo Joannes dicat non in Gallicæ, sed juxta Jordanem Andream secutum esse Dominum cum alio, cuius nomen taceatur; deinde Petrum ab illo nomen accepisse; ceteri autem tres Evangelistæ de piscatione vocatos eos dicunt, factis inter se convenienter, maxime Matthæus, & Marcus; nam Lucas Andream non nominat, qui tantum intelligitur in eadem nave fuisse. Hoc etiam videtur distare quod tantum Petrus à Domino dictum esse commemorat Lucas cap. 5. Ex hoc jam homines eris capiens: quod Matthæus, & Marcus ambobus dixisse narant. Sed potuit prius Petro dici secundum Lucam, & ambobus postea secundum alios duos. Sed quod de Joanne diximus, diligenter considerandum est; cum & locorum plurimum intersit, & temporis, & ipsius vocationis: Sed intelligendum est, Petrum, & Andream non sic vidisse Dominum juxta Jordanem, ut ei jam inseparabiliter inhaerent; sed tantum cognovisse quis esset, & eum miratos ad propria remeasse. Forte autem quod prætermiserat capitulat: quia sine ulla consequenti temporis differentia dicit, *Ambulans autem juxta mare.* Quæri etiam potest quomodo binos & binos secorsum eos vocaverit, sicut narrat Matthæus, & Marcus; cum Lucas dicat, Jacobum, & Joannem tanquam socios Petri ad adjuvandum vocatos fuisse, & simul subductis ad terram navibus Christum secutos? Unde intelligendum est, hoc primo esse factum quod Lucas insinuat, & eos ad capturam piscium ex-

(1) Al. quattuor.

more remeasse non enim dictum Petro, quod pisces nunquam esset capturus, cum post resurrectionem hoc fecerit; sed quod homines esset capturus in postea hoc factum est quod Mattheus, & Marcus narrat: non enim subditis ad terram navibus; tamquam cura reddendi secuti sunt eum; sed tamquam jubentem ut sequerentur.

(h) *Chr. sifstomus super Matth.* (hom. 8. operis imperf. in init.) Omnis Rex pugnaturus contra adversarium; prius congregat exercitum, & sic vadit ad pugnam; sic & Dominus contra diabolum pugnaturus; prius congregavit Apostolos, & sic cepit Evangelium predicare: unde sequitur, *Et circuibat Jesus Remigius.* In quo doctorum vita instruitur: ut enim non sint pigri, docentur per hoc quod dicitur, *Circuibat Jesus Chr. sifstomus super Matth.* (hom. 8. operis imperf. circ. ibitium.) Quia enim illi ut debiles ad medicum venire non poterant, ipse sicut studiosus medicus, circuibat graviter ægrotantes; & Dominus quidem circuibat singulas regiones; qui autem sunt unius regionis pastores considerando debent circuire populi singulas passiones, ut ad remedium passionis eorum; aliquid medicamentum in Ecclesia proferatur. *Remigius.* (Rabbanus in hoc loco id habet.) Ut autem non sint acceptores personarum, docentur predicatores per hoc quod subiungitur, *Totam Galilæam.* Ut autem vacui non discurrant, docentur per hoc quod subditur, *Docens.* Ut autem non paucis, sed multis proficere studeant, monentur per hoc quod sequitur, *In synagogis.* *Chr. sifstomus* in hom. 14. (1) Hinc quoque Judæos docebat, quod nec esset Dei adversarius, nec animarum seductor, sed quod Patri consentiens advenisset. *Remigius.* Ut autem non errores, neque fabulas, sed salutaria prædicent, docentur per hoc quod subditur, *Prædicans Evangelium regni.* Distat autem inter, *docens & prædicans*: docens enim refertur ad præsentia, prædicans ad futura: docebat

(1) *Al.* Hinc etiam eos erudiebat quod non est Deo contrarius, Judæis prædicans, & errorum prædicator; sed consonans Patri advenit. *P. Nicolai habet:* In synagoga Judæorum intrat, in illique doctrinæ suæ celestis verba diffundit, ut quoad plures loquentis magistri verba pervenerint, eo plurium corda excitentur, ut vel credant prudenter, vel inexcusabiles facti doctrinam apprimè salutarem sub magno malo rejiciant. Est enim Evangelium clarissima quædam lux, quam sub modo recondi & nefas est, & accurate Christus prohibuit. Hinc etiam erudiebat eos quod non est Deo contrarius, nec est errorum prædicator; sed quod consonans Patri advenit. *Exemplum, vel ms. unde hanc hauserit additionem, non assignat; quin immo fatetur se nescire unde insererit; cum nec in Antwerpensi editione (verba quæ sunt) reperitur; & Chr. sifstomus tantum habet:* In synagoga Judæorum intrabat, hinc etiam docens quod non est contrarius Deo, nec seductor, immo consonus (vel consentiens) Patri. (2) *Al. deest* eorum. (3) *Al.* quod ubicunque legis cuiusdam introductio fit, signa facere Deus assuevit, pignora suæ virtutis legem tribuens succipientibus: hominem enim facturus mundum creavit, & tunc illi legem in paradyso proposuit: & quando Noe legem laturus erat, magna signa ostendit: & similiter Judæis legem laturus prodigia ostendit.

ere consuevit præstans suæ potentie pignora his qui legem ejus accepturi sunt. Sic cum hominem facturus esset, prius mundum creavit, ac tum demum facti homini legem in paradyso dedit: & cum sancto Noe legem positurus esset, magna utique miracula monstravit: sed & Judæis quidem, cum legem laturus esset, prius prodigia magna ostendit, ac tum demum eis præcepta legis imposuit. Ita hic sublimem quandam vivendi introducturum disciplinam, auctoritatem mandatis suis præstavit claritate signorum: quia enim æternum regnum, quod prædicabat, non apparebat, ex his quæ videntur, etiam illud quod nondum apparebat, manifestum fecit. *Glossa.* (a) (ord. super illud, *In totam Syriam.*) Sed quia prædicatores debent habere bonum testimonium ab his qui foris sunt, ne si vita despiciatur, prædicatio contemnatur; subditur: *Et abiit opinio ejus in totam Syriam.* Rabbanus (super his verbis.) Syria est omnis regio ab Euphrate usque ad mare magnum, à Cappadocia usque ad Ægyptum, in qua est provincia Palæstina, in qua habitant Judæi. *Chr. sifstomus* in hom. (14. à med. illius.) Antende autem moderationem Evangelistæ: quia non unumquemque nobis enarrat curatorum, sed brevibus verbis copiositatem transcurrit signorum: unde sequitur: *Et obtulerunt ei omnes male habentes.* *Remigius.* Per quos varias vult intelligi infirmitates, sed leviores. Cum vero dicit, *Variis languoribus, & tormentis comprehensos,* illos vult intelligi de quibus subinfertur: *Et qui dæmonia habebant.* *Glossa.* (b) (1) Languor diuturnus est; tormentum est morbus acutus, ut dolor lateris; & hujusmodi, qui autem dæmonia habebant, sunt qui à dæmonibus vexabantur. *Remigius.* Lunatici enim dicti sunt à luna, quæ dum mensuris temporibus crescit, & decrescit, ipsi vexantur. *Hieronymus* (in calce Comment. in 4. cap. Matth.) Dæmones enim observantes lunaria (2) tempora, creaturam infamare cupiebant, ut in creatorem blasphemie redundarent. *Augustinus* 21. de Civit. Dei (cap. 6. circa med.) Illiciantur tamen dæmones ad (3) inhabitandum per creaturas (quas non ipsi, sed Deus condidit) delectabilibus pro sua diversitate diversis, non ut animalia cibis,

S. Thom. Oper. Tom. VIII.

& tunc legem dedit. Ita & hic sublimem illam legem introducturus, miraculorum demonstratione certificat quæ dicuntur. Quoniam enim regnum quod prædicabatur, non apparebat, ab apparentibus signis illum manifestavit.

(1) *Al.* Languor diuturnus est tormentum; & dolor &c. (2) *Al.* tempora creaturarum. (3) *Al.* ad habitandum. (4) *Al.* deest dicitur. (5) *Al.* & in adveniando, & ferendo à longe, non parvam ostenderant fidem. (6) *Al.* clara. (7) *Al.* in.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Ex parte tamen, sed integrus in Anselmo, qui appendicem istam partim usurpat ex Apostolo 1. ad Timoth. 3. 7. inter conditiones Episcopi, partim ex Gregorio in hom. 12. super Evang. (b) Immo Anselmus tantum. (c) Non est in Glossa modo, sed in Anselmo.

sed ut spiritus signis, quæ cujusque delectationi congruunt. Rabbanus (hoc loco.) Paralytici autem sunt corpore dissoluti: paralyticus enim Græce, Latine dicitur dissolutio.

Sequitur, *Et curavit eos.* *Chr. sifstomus super Matth.* (hom. 8. oper. imperf.) Cum in quibusdam locis dicitur, Multos curavit; hic simpliciter (4) dicitur, *Et curavit eos*; signans, quod omnes curavit; sicut & novicius medicus intrans civitatem, omnes ad se venientes curat, propter suam opinionem commendandam. *Chr. sifstomus* in hom. (14. in Matth. à med. illius.) A nullo autem eorum fidem exquisivit, quoniam nondum virtutis suæ demonstrationem dederat (5) & illi è longinquo venientes, & ægros adducentes, non parvam ostenderant fidem.

Sequitur: *Et secuta sunt eum turbe multe.* Rabbanus (super illud, *Et secuta sunt eum turbe.*) Quæ quadripartitæ sunt: alii propter caeleste magisterium, ut discipuli; alii ob curationem infirmitatum; alii sola fama, & curiositate, volentes experiri an verum esset quod dicebatur; alii per invidiam, volentes eum in aliquo capere, & accusare. Myssice autem Syria interpretatur (6) elata, Galilæa volubilis, vel rota; idest diabolus, & mundus, qui & superbus est, & ad ima semper rotatur: in quo fama Christi per prædicationem innotuit: dæmoniaci enim sunt idolatræ, lunatici, instabiles, paralytici, pigri, & dissoluti. *Glossa.* (7) Turbæ autem quæ sequuntur Dominum, sunt de Ecclesia, quæ spiritualiter est Galilæa transmigrens ad virtutes; & Decapolis decem præcepta servans; (7) & Hierosolyma; & Judæa, quam visio pacis, & confessio illustrat; & trans Jordanem: quia baptismis transito, terram promissionis intrat. *Remigius.* Vel sequitur Dominum de Galilæa, idest de volubilitate mundi, & Decapoli, quæ est regio decem urbium, & significat decalogi transgressores, & de Hierosolyma, quia scilicet, prius innoxia pace detinebatur, & de trans Jordanem, qui prius erat in paganismo constituti, sed transientes per aquam baptismi venerunt ad Christum.

S

CA-